

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Grammatica**

**[Straßburg], [um 1495/97]**

Lego librum [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

homo est asinus. Vel fm antiq̄s. Intransitiua est illa in qua non fit transitio sup obliquū. vt magister legit. Transitiua est duplex. scz actuum 7 personarum. Transitiua actuum est illa in qua fit transitio super obliquum. et alterum constructibile significat actum. vt lego librum. Transitiua personarum est illa in qua fit transitio super obliquum. et neutrum constructibile significat actum. vt liber plato nis. Intransitiua similiter est duplex. scz. Intransitiua actuum. 7 Intransitiua personarum. Intransitiua actuum est illa in qua nō fit transitio super obliquum. et alter constructibile significat actum. vt magister legit. Intransitiua personarum est illa in qua non fit transitio super obliquum. 7 neutrum constructibile significat actum transitiuē. vt albus vir. Aliter solent diffiniri p̄e dicit species constructionis. sed predictae descriptiones plus valent ad instruendum pueros. Sciendum etiam q̄ triplex est questiuum per que querimus de constructione. scz Que qualis. quanta. Per que querimus dupliciter. Primo. que vocatur ista constructio. Ad qd̄ respondetur. Suppositi cuz appposito. Verbi cum obliquo. et sic de alijs. Secundo sic. Que est ista constructio. Ad quod respōdetur. Transitiua vel intransitiua. Ad qualis respondetur. Congrua vel incongrua. Ad quanta respondetur. Perfecta vel Imperfecta. vt in sequentibus manifestabitur exemplis.

**Magister legit** Est constructio. Est. Que vocatur Suppositi cuz appposito. Que est ipsa. Intransitiua actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia ibi non fit transitio super obliquum et alterū constructibile significat actum. Quomodo regula. quia casus a parte ante rectus facit constructionem intransitiuam actuum. Versus. Appo cum suppo. facit ac intransitiuam. Qualis est ipsa. Congrua. Quare. Quia constructibilia eius debite sunt vnita scdm regulam artis grammatice de hoc datam. Scdm quam regulaz. Suppositum et appositum debent conuenire in numero. in persona. et in rectitudine casuali. Quanta est ipsa. Perfecta. Quare. Quia perfectam sententiam generat in animo auditoris.

**Lego librum** Est constructio. Est. Que vocatur ipsa. Verbi cum obliquo. Que est

B



ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia in ea fit transitio super obliquum. et alterum constructibile significat actum. Quomodo regula. quia verbum transitivum constructum cum obliquo a parte post facit constructionem transitivam actuum. Versus. Trans a obliquus cum post verbum situat. Qualis est ipsa. Congrua. vt supra. Scdm quam regulam. Verbum transitivum natum est regere obliquum a parte post. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam generat in auditore quantum in ipsa est. Et idem intelligendum est de participio. vt legens librum. Quod autem constructio totalis est perfecta. hoc non provenit ex constructione verbi cum obliquo. sed provenit ex constructione suppositi cum apposito. quia ibi intelligitur nominativus prime personae. qui supponitur verbo lego.

**Filius hominis** Est constructio. Que vocatur ipsa. Nominis cum obliquo. Que est ipsa. Transitiva personarum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia ibi est transitio super obliquum et neutrum constructibile significat actum. Quomodo regula. Quia obliquus rectus a nomine facit constructionem transitivam personarum. Versus. Nomen et obliquus fiet constructio trans per. Qualis est ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Quando in aliqua oratione ponuntur duo nomina substantiva ad diversa pertinentia sine coniunctione media. tunc vnum illorum debet poni in genitivo. vt capa sonis. tunica platonis. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam demonstrat in auditore. quantum in ipsa est.

**O domine** Est constructio. Que vocatur ipsa. ad verbum vocandi cum vocativo. siue constructio excitantis cum suo excitabili. Que est ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. Quia ibi fit transitio super vocativum. et alterum constructibile significat actum exercitatum. quia exercet vocativum circa vocativum in ordine ad actum. Quomodo regula. quia adverbium vocandi vel hortandi constructum cum vocativo facit constructionem transitivam actuum